

Per vestimenta significant bona  
 temporalia **Greg.** Quid aliud sit  
 ista bona temporalia q̄ corpis ve  
 stimenta **Ista** autē debe? sterne  
 re in via et paupibus erogare q̄  
 dicuntur via quia in hoc mundo  
 tanq̄ via cōculant et nichil epu  
 tantur. Deum ergo honoram? cū  
 paupibus elemosinā erogam?  
**Prouū. iij.** Honora dñm de tua  
 substantia in mēbris suis. i. pau  
 pibus. q̄ ipse dicit **Matth. xxv.**  
**Qd̄** vni ex minimis meis fecistis  
 michi fecistis **Prouerb. xiiij.** Ho  
 norat dñm qui miseret paupi  
**Exemplū** Quidā multū diligēs  
 paupes ipsos singulis dieb? vi  
 sitabat et eorum pedes lauabat. q̄  
 dām die dū aliquos inuitat et  
 omnib? aquā dedisset. vidit iuxta  
 se quēdam pauprum stantez. q̄  
 cum extēderet man? suas videba  
 tur magna foromina in eis et sā  
 guine fluētes. **Qd̄** vidēs ille ob  
 stupuit dicēs. **O** q̄ntum dolorē hz  
 homo ille in manib? et cū vterz  
 se et quererz aquā ille disparuit.  
 et turbatus est ille et mirabatur  
 quid fuisset. **Nocte** apparuit ei  
 dñs dicēs. **Alijs** dieb? me in mē  
 bris meis recepisti. h̄c die a te p  
 scālit fū recept? et qz me i paupe  
 rib? me honorasti ego te i regno  
 meo honorabo. **Quarto** hono aue  
 runt eū laudib? bñdicēdo. qñ di  
 xerunt. bñdictus q̄ venit in noie  
 domini. vnde et nos debem? deum

709  
 omni tēpore bñdicere et laudare  
**Job. iij.** Omni tempore bñdic  
 deū. **Idem. xij.** Bñdicite deum ce  
 li et corā omnib? videntib? et site  
 mini ei. i. laudate eū qz fecit vbi  
 scum misericordiā suā. **ps.** Lau  
 date deum omnes gentes. et hoc  
 p̄ deuotas oracōes. **Quātum** deo  
 placet vt eum honorem? ora cōmi  
 bus nostris ptz p̄ exemplū. **Mi**  
 les quidā p̄dō captus fuit ab i  
 peratore frederico et suspēsus. quē  
 cum p̄teriret quidā aliud miles  
 dixit seruis suis. Pulcher miles  
 fuit ille. **At** ille clamare cepit. de  
 ponite me adhuc viuo. nolite tie  
 re. **Cūqz** venissent ad eū et questi  
 uissent quō adhuc viuere posset.  
**Rñdit** q̄uis p̄dōr sui tamē deum  
 singulis dieb? honorauit. **sācte** tri  
 mitati. **ij. p̄** noster cū totidē **Aue**  
 maria dixi. quāqz pat noster qui  
 qz vulnerib? ihu xpi cū totidem  
**Aue** maria. **Angelo** meo vnum  
 p̄r n̄r et vñū aue maria. quaten?  
 me non pmitteret mori nisi post  
 q̄ corp? xpi sumerē. vñ mori nō  
 possum nisi post q̄ cōfessus fuero  
 et xpi corpus accepo. vñ rogo p̄  
 p̄ter deū vt vocetis michi sacerdo  
 tē qui me cōmunicet. qd̄ et fecerit.  
 et cum cōfessus fuisset et cōmunicat  
 set tradidit deo spiritum. **Roge**  
 mus dominū.

**Feria tertia**

**f. lxxij.**